

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici  
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quòd Imperator ab Episcopo Proclo persuasus, Ioannis corpus ab exilio  
Constantinopolim transferendum, ac in apostoloru[m] ecclesia  
reponendu[m] curauit. Cap. XLIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12704**

S O C R A T . H I S T O R .

& gloriſicabor, & notus ero in oculis multarum gentium: & ſcient quia ego sum dominus. Hac de cauſa Proclus maxi- , mam, ut dixi, laudem conſecutus eſt.

*Quod Imperator Valentinianus Iunior Eudoxiam  
Theodosii filiam duxit uxorem.*

C A P . X L I I I .

**I**mperatoṛ verò Theodoſius, ob ſuam iſhiſius manſuetudi- nem cum alia multa beneficia, tum illud vnum in primis diuina prouidentia recepit. ſiliā habuit ex coniuge Eu- docia, cui Eudoxia nomen erat. Hanc Valentinianus eius conſobrinus, quem partium occidentalium Imperatorem creauerat, ſibi in matrimonium dari poſtulauit. Theodoſius Imperatoṛ eius poſtulationi morem geſſit. Ac cum eſſet de loco aliquo intermedio inter Romam & Constantinopolim interieſto ad celebrandas nuptias deliberatum, viſumq; Thessalonicae, itinere quaſi dimidiato, illud negotij obire, Valentinianus Theodoſio per literas ſignificauit, vt nihil iſpi de ea re exhiberet moleſtia. Se enim Constantinopolim venturum dixit. Itaque cum res partiū occidentalium in tuto collocauiſſet, nuptiarum cauſa Constantinopolim profiſſicitur. quibus confeſtiſ Isidoro, & Sinatore Coſs. capit coniugem, & ad partes versus occidentem ma- turè reuertitur. Theodoſius Dei beneficio hoc proſpero & fœlici caſu potitus eſt.

*Quod Imperator ab Episcopo Proclo perſuafus, Ioannis corpus ab exilio Constantinopolim transferendum, ac in apostolorū ecclieſia reponendū curauit.*

C A P . X L I I I I .

**E**xiguo tempore poſt, Proclus Episcopus eos, qui propter Ioannis abdicationem separati, conuentus peragebant, cum cæteris in concordiam reduxit, & pru- dentia eorum animos offensos permulſit. Sed qua ratione iſtud effecerit, dicam. Corpus Ioannis Comanis ſepultum, vbi Imperatori eam rem perſuafat, trigesimo quinto anno poſt eius abdicationem Constantinopolim transferendum curauit. Quod cum multo honore & ſplendida pompa pu- blicè

blicè celebrata, in ecclesia Apostolorum condidit. Hac re  
igitur qui propter Ioannem conuentus seorsum faciebant,  
ad ecclesiæ concordiam reconciliati fuerūt. Quod factum  
est ad decimum sextum Consulatum Imperatoris Theodo-  
sii, Sexto Calend. Februarij. Vnde demiror quidem quid  
causæ fuerit cur tanta inuidiæ flamma contra Originem mor-  
tuum incensa sit (ducentis enim annis post morrem à The-  
ophilo excommunicatus fuit) cum Ioannes trigesimo quin-  
to anno, postquam è vita exceperat, sit à Proclo receptus in  
communionem. Verùm Proclus Theophilo tátum facilita-  
te morum antecelluit. Ista autem qua ratione & acciderint,  
& quotidie accidunt, prudenteribus viris minimè obscurū est.

*De morte Pauli Nouatianorū episcopi, & Martia-  
no, qui in eius locum surrogatus erat.*

CAP. XLV.

**N**On multo post corpus Ioáni in Ecclesia Apostolorū  
repositū, Paulus ecclesiæ Nouatianorū Episcop⁹ obiit  
mortem, eodē Cōsulatu, ad xii. Calé. August. qui suo  
funere omnes discrepantes dissentientesq; sectas vnā quo  
dammodo effecit Ecclesiā. Nam omnes eius corpus ad se-  
pulchrum cum psalmis decâtatis pariter deduxerūt. Quip-  
pe dum vixit, omnibus propter rectam sinceramque vitæ ra-  
tionem perquam charus fuit. Quoniam autem Paulus mor-  
tem iam oppetitus, rem plane memorabilem gesserit, eam  
vtpote huic hystoriæ admodum accōmodatam, ad legētium  
vtilitatem hoc loco ponēdam cēsui. Quòd autem, dū ægro  
tabat, consueta suæ monasticæ disciplinæ dieta vsus sit, neq;  
eam vlo modo violauerit, quodq; etiam preces assidue fa-  
cere non intermisserit, mihi silentio prætereundum puto,  
ne dum in illis commemorandis insisto, rem gestam ab eo,  
vtidixi, planè memorabilem & valde utilem aliqua ex par-  
te obscurare videar. Quænam igitur ea sit, iam dicere ag-  
gredior. Paulus è vita migraturus, omnes sacerdotes acclē-  
iarum quæ sub eo erant, accersitos sic allocutus est: Proui-  
dete vt dum ego adhuc spiritum duco, Episcopus vobis de-  
signetur, ne postea ecclesiæ tumultu perturbentur. Cum re-  
sponderent non ipsis potestatem Episcopi diligendi per-

A A 5      mitten-